



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-426884-p0001-8

DFG



DECANVS  
ORDINIS ICTORVM IN PERANTIQVA ELECTO-  
RALI ACADEMIA ERFVRTENSI,  
**D. RVD. CHRISTOPH.**  
**HENNE, ICTVS**

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVN-  
TINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS ET  
IVDICII PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODICIS  
ET IVRIS FEVDALIS P. P. O.

SOLEMNIA INAVGVRALIA  
NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI  
**DN. ERNESTI AVGVSTI**  
**ZIEGLER,**

ERFVRTENSIS,  
CAVSARVM TUTELARIVM PRAEFECTI ET ORDINIS SENATORII  
MEMURI,

DIE XXI. APR. MDCCCLXXVII.  
IN AUDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI  
PERAGENDA,  
INDICIT,

SIMVLQE NONNVILLA DE VFNIA POENARVM  
IN DELICTA STATVTARVM,

PRAEMITTIT.

ERFORDIAE  
LITERIS HENRICI RVDOLPHI NONNII  
ACADEMIAE A TYPIS.

DEUTSCHE  
BIBLIOGRAPHIE  
VON  
DR. KARL CHENGOTTI  
HABENDE  
EINER  
SCHWEITZER  
GOTTHOLD HEINE  
VON  
DR. ERNST HAGEN  
MIT  
EINER  
INTRODUKTION  
VON  
DR. KARL CHENGOTTI



§. I.

**I**llorum, qui delictis se commacularunt, non postrema solet esse cura, ut incommoda inde prouenientia quotis auertant modo, eumque in finem variis vii solent consiliis, ad hunc finem consequendum & veniam impetrandam conduceantibus, inter quae non ultimum locum transactio sibi vindicare videtur, ita, ut ea cum parte lœsa vel denuntiante inita, quoad crimen capitale, eum producat effectum, ut transfigens pro confessu & convicto haberi quidem nequacat, cum sanguinem suum quovis modo redimere licet a) nihilominus tamen index ratione interesse publici, pœnam infligere possit publicam, recte aduertente CARPOVIO. b)

a) l. 1. ff. de bonis eorū.

b) in praxi criminis, quæst. 148. n. 2.

§. II.



### §. II.

Quod attinet delicta publica non capitalia, transactio plane nullum quoad penam tollendam vel minuendam, producit effelum, vrpote quae nonsolum pro interdicta habetur, a) sed etiam transigens infamiam sibi exinde contrahit, b) & pro confesso habetur, quam etiam penam hodierna seruat praxis teste STRYCKIO. c)

- a) l. 5. ff. de his qui not. infam.
- b) l. 4. §. vlt. ff. de his qui not. infam.
- c) in vslu moderno ff. lib. 2. tit. 15. §. 19.

### §. III.

Quantum spectat ad delicta privata, transactio quidem actio nem ex delicto descendenter aufert a) hac tamen ablatione non obstante, transigens eodem modo, ac si sententia condemnatoria in eum fuerit prolati, infamis fit, b) quae tamen non impediunt, quo minus in delictis non adeo atrocibus, transigens, indemnem seruans partem lesam, mihiorem penam sibi conciliet, quod praesertim in furto non qualificato sibi locum vindicat, animadvententibus CARPOVIO c) & BRVNNEMANNO. d)

- a) l. 17. §. 1. ff. de partis.
- b) l. 4. §. vlt. ff. de his qui not. infam.
- c) in praxi crim. quest. 20. n. 29.
- d) in proc. inquis. cap. 2. n. 48.

### §. IV.



#### §. IV.

Nonnulli etiam Icti hoc in casu autores sunt Reis ut cum iudice pœnæ euitandæ causa transactiōnem ineant, quorum partes tūtentur GAILIVS, a) CARPOVIUS b) & STRVVIUS c) in alia omnia & quidem restissime sentiunt SCHILTERVS, d) STRYCKIVS e) & BERGERVS f) notam dicentes his Ictis, & transactiōnem hanc pro re pessimi exempli habentes, cum manifeste eiusmodi transactio aduersa sit officio iudicis & regulis iustitiae, iudicem, ut illici satisfaciat, adstringentibus.

a) lib. 1. obs. 103. n. 2. 3.

b) quæst. 14. n. 87.

c) Exerc. ad ff. 6. thes. 62.

d) Exerc. ad ff. 9. thes. 28.

e) in vñ moderno ff. lib. 2. thes. 15. §. 20.

f) in economia iuris lib. 3. tit. 15. §. 16. not. 7.

#### §. V.

Restiūs vero sibi consulunt, qui veniam delictorum in votis habentes, iusuper habita transactiōne ad abolitionum vel aggriationum presidia configiunt, que in eo conueniunt, quod tam abolitio quam aggratiatio hodie a principe sit imperanda, & ex iusta causa concedenda, in eo autem differunt, quod posterior condeminatoriam supponat sententiam, prior autem crimen nondum probatum requirat, iusuper vtraque nostris moribus ex capite gratiæ proficiuntur, vt in dubium vocari non possit, abo-



litiones iuré Romano solum iudicem, etiam principe non consen-  
tiente, concedere potuisse, a)

a) I. 2. C. de abolit.

## S. VI.

Quod effectum abolitionis & aggratiationis nunc attinet, per  
vtrāque facinus imputatum plene extinguitur, nulla amplius  
locum habente inquisitione, nulla manente infamia, ita, vt nec  
tertius accusandi facultatem sibi vlerius arrogare possit, ex quo  
etiam prono fluit alueo, si quis pendente inquisitione ab officio  
suspensus fuit, illum pristinæ dignitati restituendum esse, omnia-  
que ceſilare debere incommoda, que inquisito alias post se relin-  
quere solet. Plura de hoc arguento ex cathedra publica occa-  
sione l. 2. C. de abolit. persecuturus est ille, qui mihi hanc pagi-  
nam fecit, nimirum

NOBILISSIMVS ET CLARISSIMVS

Dn. ERNESTVS AVGVSTVS ZIEGLER,

CAVSVARVM TUTELARIVM PRAEFECTVS ET ORDINIS SENATORII

MEMBRVM,

IVRIVM CANDIDAVS PRAESTANTISSIMVS

de cuius natalibus & studiis sequentia ex propriis, quibus vſus  
est verbis, nobis recensenda sunt:

Ego

D E S \* M \* D E

Ego Ernestus Augustus Ziegler per summi Numinis gratiam primum adspexi lumen Erfordiae Ao. 1752. die XVI.  
Mart. Ibique Patrem optimum IOANNEM ERNESTVM  
GVILIELMVVM ZIEGLERVM, I. V. D. Iudicij Provincialis  
Civilis & Criminalis Electoralis, quod Erfordiae est, Assessorum Primarium & Seniorem vix agnoscens: Euasit iam  
iam ad beatas sedes Mater mea illa beata MARIA BARBARA IACOBINA, nata FUCH, filia illustris experientissimi  
uec non doctissimi FUCH, Ducum Gothani, Vinariensis &  
Ienacensis Consiliarii aulici, quondam Professoris in hac Universitate longe celeberrimi, & Facultat. Med. Sanioris. Vix  
primis mee infantie annis preterlapsis, Patris cura in eo ver-  
sata est omnis, ut tam latinarum literarum, quam liberalium di-  
sciplinarum fundamenta inschola, quam vocant Prædicatorum,  
ponerentur. Hinc aliquot annis peractis, Halam Saxonum,  
ibique ad Pædagogium Regium florentissimum profectus sum.  
Mihi ibi per septem annos commoratus ac publice promotum re-  
uocauit Pater 1771. ad Hieranam nostram, in qua Rectore  
Magnifice HENNIO in numerum Studioorum receptus sum.  
Nec in ea intermisisti frequentare lectiones Celeberrimorum ac  
Doctissimorum Virorum, nec non Consultissimorum & Amplissimorum,  
TURIN, cui super definito leuem sine pondere ter-  
ram precor, HENNII, SPRINGERI, HADELICHI,  
WEISSMANTELII, LOSSII, WILANDII. Ibi per duos  
annos ita commoratus, ad Ienenses Musas me contuli, atque in  
hac Universitate litterarum florentissima Rectore Magnifice  
ZICKLERO in album ciuium academicorum relatus sum.  
Hic magna cum voluptate atque fructu hanc paruo interfui  
scholis frequentissimis Virorum Illustrium HELLFELDII,  
SCHMIDII, OELZII, de SCHELWITZ, SCHEIDE-  
MANTELII, REICHARDTI. Tandem redii 1776. in  
patiam

patriam optatissimam & postquam ibi vigilanti cura academicas repetit doctrinas, ante annum & quod excurrit me dedi causarum forensum experimentis apud Dn. JUSTI Aduocatum celeberrimum percipiendis. Et nunc quidem contigit mihi ex speciali gratia atque favore uerfari in Tutelari Iudicio, quod Erfordie est.

omnibus igitur hisce rite peractis, ordinem nostrum candidatus Noster dignissimus adiit, & literis consuetis desiderium suum nobis exponendo, petuit, ad summos utriusque Iuris honores admitti, eumque in finem diem textibus resoluendis & examini rigoroso instituendo praesigiri, illius igitur desiderio honesto annuentes, leges sibi praescriptas accurate interpretando, & ad questiones propositas docte respondendo, nostra expectationi ita satisfecit, ut vnamini calculo ipsi, praestitis reliquis speciminibus, desiderati honores ex merito decreti fuerint, quem in finem furvo die Mercurii lectionem habebit cursoriam ad l. 2. C. de abolit. ac deinde inaugurelam suam Dissertationem,

DE

MODO FINIENDI AETATIS CVRAM, PER VENIAE  
IMPETRATIONEM,

me Praeside maleule defender, cui actui solemnni debito modo co-honestaudo, ut presentiam suam commodare velint, Reuerendissimus ae Perillustris Academiæ Rector Magnificus, Perillustres Barones, nec non Proceres & Ciues Academicci submisso, officiose, & quo fieri potest, affectu, rogantur & inuitantur. Publ. sub Sigillo Facultatis Iuridicæ Dominica Iubilate MDCCCLXXVII.

(L.S.)

**ULB Halle**  
007 368 429

3



vD78





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

8  
7  
6  
5  
4  
3  
2  
1  
Inches  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
Centimetres  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19

## DECANVS

ORDINIS ICTORVM IN PERANTIOVA ELECTO-  
RALI ACADEMIA ERFVRTENSI,

D. RVD. CHRISTOPH.  
HENNE, ICTVS

EMINENTISSIMI AC CELSISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS MOGVN-  
TINI CONSILIARIVS REGIMINIS, PRAEDICTI ORDINIS ET  
IVDICII PROVINCIALIS ADSESSOR, NEC NON CODICIS  
ET IVRIS FEVDALIS P. P. O.

SOLEMNIA INAVGVRALIA

NOBILISSIMI ET CLARISSIMI IVRIVM CANDIDATI

DN. ERNESTI AVGVSTI  
ZIEGLER,

ERFVRTENSIS,

CAVSARVM TUTELARIUM PRAEFECTI ET ORDINIS SENATORII  
MEMBRI,

DIE XXI. APR. MDCCCLXXVII.

IN AVDITORIO IVRIDICO COLLEGII ANSELMINI  
PERAGENDA,  
INDICIT,

SIMVLQVE NONNVLLA DE VFNIA POENARVM  
IN DELICTA STATVTARVM,

PRAEMITTIT.

ERFORDIAE  
LITERIS HENRICI RVDOLPHI NONNII  
ACADEMIAE A TYPIS.

